

I N D E X  
L E C T I O N U M

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE HIBERNUM

A DIE XX. M. OCTOBRIS A. MDCCCXXXVIII.

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

L I T E R I S   A D L E R I A N I S.

Nil admirari, prope res est una, Numici,  
Solaque, quae possit facere et servare beatum.

Moratius Epp. I, 6 init.

Sapientis est enim proprium, — nihil ita exspectare,  
quasi certo futurum; nihil, quum acciderit, ad-  
mirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur.

Cicero Quaestt. Tusc. V, 28.

**I**ter facturo viaticum quaerendum est; in vitam tanquam in viam in-  
gressus praesidia, quibus iter prospere conficiatur, circumspiciat oportet.  
Levis viator est, qui ad venti stridorem, quasi ad latronis minas expavescit.  
Neque ii non leves sunt, qui ingratarum rerum praesentia anguntur me-  
tuque impendentium malorum cruciantur. Injurias a fortuna illatas opinio  
intolerabiles facit, non ipsarum acerbitas: aegritudinem viceris, quum ei  
restiteris. Quae impudent, non adsunt. Saepe mala, quae adventum  
indixerunt, non venerunt, quae nemo nuntiavit, incautos oppresserunt.  
Amoto metu ita te para et instrue, ut vehementem plagam perferre  
possis. Stultus viator est, qui si via pulverulenta sit, stomachatur rursus-  
que, si imber deciderit, exasperatur. Stulti etiam ei sunt, qui molesta  
hominum curiositate, importunitate, stultitia graviter offensi tristitiae se  
dedunt inutili atque ingratiae. Multae multorum hominum ineptiae nobis  
devorandae sunt, si vitam volumus tranquille placideque traducere: nobis  
illud videndum, ne ad aliquas ineptias ipsi abeamus. Miser viator est,  
qui in viam se dederit nudus atque inermis. Quomodo autem non mi-  
serrimi, qui inanum et caducarum rerum studio capti, perturbationibus  
occaecati malaeque conscientiae furiis agitati magnitudine animi carent,  
quae una omnes res humanas despiciens virtuteque contenta vitam facit  
vitalem? Aequabilitas in omni vita vel maxime expetenda est, quam  
gignit animus bene compositus humanarum et fragilium rerum contemtione,  
virtutis, quae sempiterna planeque divina est, admiratione. Hunc vos,  
Commilitones, fructum e literis percipite, ut ad animi altitudinem fingamini.  
Literae se viam ad veritatem atque sapientiam monstraturas esse profi-  
tentur. Atqui veritatis et sapientiae hoc munus est, ut recta et intelligere  
doceant, et vero etiam sentire atque facere. Qui literas ad lucellum vel  
quaesticulum referunt, illiberales et sordidi recte existimantur. Qui literis  
operam dant, quod veri indagatio perceptioque mira quadam jucunditate  
animum perfundat, leves et voluptarii videri possunt. Liberales et inge-  
nui, quales vos esse decet, homines nihil non ad vitam et mores referre  
soliti, idcirco potissimum incredibili literarum studio et amore flagrant,  
quod eas optimas vitae bene beateque agendae magistras esse cognoverunt.

—  
**LECTIONES  
PROFESSORUM PUBLICORUM ORDINARIORUM.**  
 —

**IN FACULTATE THEOLOGICA.**

D. GUSTAVUS FRIDERICUS WIGGERS, h. t.  
 Rector, *privatim* h. VIII — IX. senis diebus *theologiam dogmaticam* tradet; h. IX — X. quinis dd. *historiam dogmatum* tradet. *Publice in Seminarii sodalitio paedagogicen* praecipiet, et *sodalium homileticas et catecheticas exercitationes*, more consueto, moderabitur.

D. IOANNES PHILIPPUS BAUERMEISTER 1) *privatim* hor. X — XI. quinis dd. *scripta Joannea et acta Apostolorum* interpretabitur; 2) *privatim* hor. XI — XII. *isagogen historicam et critican* in *omnes Veteris et Novi Test. libros* tradet; 3) *publice* hor. III — IV. binis dd. *historiam disciplinarum theologicarum* enarrabit; 4) *publice* hor. III — IV. binis dd. *disputationes de rebus ad philosophium et dogmaticam* pertinentibus moderabitur.

D. CAROLUS FRIDERICUS AUGUSTUS FRITZSCHE  
 I. *publice* binis dd. h. II. *Psalmos selectos* explicabit: II. *privatim* senis dd. h. X. *epistolam ad Hebraeos et minores N. T. epistolas* enarrabit: III. *privatim* quaternis dd. h. XII. *Theologiam moralem* docebit: IV. *privatissime* binis dd. h. II. *disputationes de rebus exegeticis* moderabitur: V. *gratis* binis dd. h. II. *majorum Pauli epistolarum interpretationem* continuabit.

**IN FACULTATE JURIDICA.**

D. FERDINANDUS KAEMMERER docebit Pandectas, excluso jure hereditario, duce *Heise*, h. III. et IV.

D. CONRADUS THEODORUS GRUENDLER docebit 1. *publice*: *Jus Canonicum*, duce *Wiese*, h. III. 2. *privatim*: *Principia processus iudicarii civilis*, duce *Martin et de Kamptz*, h. IX. 3. *privatissime*: *Artem referendi, ex actis iudicialibus, hora posthac definienda*.

D. AUGUSTUS LUDOVICUS DIEMER docebit 1) *Institutiones juris civilis*, duce *Konopack*, senis diebus h. IX. 2) *Jus privatum Megapolitanum*, ex *compendio de Kamptz*, additis recentioribus patriae legibus per hos quindecim annos latis, quaternis diebus h. XI. 3) Dabit introductionem in studium jurisprudentiae, duce *de Löw*, binis diebus h. XI.

D. FRIDERICUS RASPE docebit Jus criminale commune et Megapolitanum, ducibus *Bauer* (Echrbuch des Strafrechts) et *Martin* (Echrbuch des Criminalprocesses), h. XI. et XII.

D. CHRISTIANUS FRIDERICUS ELVERS docebit 1. Institutiones et historiam juris civilis Romani octies per hebdom. sexies hora XI. et bis hora X. 2. Exegetis pandectarum, quater per hebdom. hora X.

D. GEORGIUS BESELER enarrabit 1. Historiam Imperii et juris Germanici, h. XII. et docebit 2. Elementa juris Germanici publici, h. IX.

#### IN FACULTATE MEDICA.

D. JO. GUILIELMUS JOSEPHI, Academiae senior, tradet Artem obstetriciam, hor. IX—X.

D. HENRICUS SPITTA quaternis hebdom. diebus tradet 1) Medicinam forensem hor. IV—V. 2) Pathologiae et Therapiae specialis primam partem, hor. V—VI.

D. CAROLUS STREMPPEL docebit d. Lun. Mart. Iov. et Ven. 1) hor. III—IV. artem operationum chirurgicarum et ophthalmicarum demonstrationibus in cadaveribus illustrandam; 2) hor. IV—V. pharmacologiam et artem formulas medicas concinnandi, et 3) exercitationes practicas in nosocomio urbico et in Clinico medico-chirurgico quotidie hor. VIII—X. moderari perget.

D. C. FR. QUITTENBAUM 1) hora II—III. in Demonstrationibus anatomicis Splanchnologiam, Angiologiam et Neurologiam docebit; 2) hor. X—XII. in secundis cadaveribus auditores erudiet; 3) Chirurgiam hora V. tradet.

D. FRIDERICUS HERMANNUS STANNIUS tradet 1) Encyclopaediam et Methodologiam medicinae die Saturni hor. XII—I.; 2) Pathologiam generalem singulari respectu ad anatomem pathologicam habitu senis hebdom. diebus hor. XI—XII.; 3) historiam medicinae die Lun.; Mercur. et Vener. hor. XII—I.

#### IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

D. J. S. BECK privatum 1) algebra et geometriam sublimiorem quinques p. h. hor. XI. 2) Logicam et metaphysicam quater p. h. hor. IV. 3) Theologiam rationalem semel p. h. hor. V. docebit.

D. ERN. AUG. PHIL. MAHN publice 1) librum primum Mosis interpretabitur h. XI. vel III. quater p. h.; 2) lectiones Arabicas continuabit h. II., bis p. h.; 3) exercitationes Ebraicas moderari perget h. II., ter p. h.

D. FRANCISCUS VOLCMARUS FRITZSCHE I. Homeris Iliadem interpretari perget inde a rhapsodia III., idemque de poësi Graecorum epica praefabitur, diebus Lunae et Jovis h. XI. II. Artem Graecorum Romanorumque metricam docebit, comicorum poëtarum ratione habita potissimum, diebus Martis et Veneris h. XI. III. Virgilii Aeneidem I. I—VI. interpretabitur cursu lectionis incitato diebus Mercurii et Saturni. Denique exercitationes Seminarii Philologici moderari perget, in quo Ranae, nobilissima Aristophanis fabula, accurate tractabuntur, et Cornelius Nepos exponetur discipulis.

D. JOANNES ROEPPER privatum docebit 1) Zoologiam generalem, demonstrationibus in Museo academicо illustrandam, sexies p. h. hor. XII.; 2) historiam botanicas, diebus Veneris et Saturni, hor. II.; publice 3) illustrabit characteres plantarum medicinalium, die Mercurii, horis II—IV.

D. E. D. H. BECKER docebit 1) Agriculturam, quinis diebus h. IX.; 2) rem pecuariam, quaternis diebus h. X.; 3) Agriculturae capita praincipia brevi conspectu proponet publice, bis p. h. hor. III.

D. LUDOVICUS BACHMANN publice, ternis p. h. diebus h. IX. Theocriti Idyllia interpretabitur; privatum, quaternis p. h. diebus h. II. Horatii Odas explicabit; privatissime, ternis p. h. diebus h. XI. Mythologiam Graecorum tractabit eamque exemplis ex artium historia apud Graecos petitis illustrabit.

D. HELMUTH DE BLUECHER privatum docebit: 1) Chemiam analyticam quater p. h. hor. XI.; 2) Chemiam practicam ter p. h. hor. II—IV.

D. H. KARSTEN docebit: publice astronomiam popularem bis p. h. hor. II.; privatum geometriam analyticam quater p. h. hor. II.; meteorologiam, duce Kaemitz, bis p. h. hor. X.; geognosiam quater p. h. hor. X. Privatissima denique offert collegia in quavis matheseos vel physics parte, neque deerit iis, qui in rebus nauticis edoceri velint.

D. CAROLUS TÜRK publice 1) de historiographis, qui sub Imperatoribus stirpis saxonicae ac francicae floruerunt, critice disseret, bis h. II.; 2) colloquia instituet de argumentis lectionum privatatarum suarum, h. II.; privatum 1) historiam veteris aevi enarrabit, sexies h. XI.; 2) historiam medii aevi item sexies h. X.

D. CHRISTIANUS WILBRANDT I. d. Lun. Mart. Jov. et Ven. hora III. de Graecorum arte dramatica; II. d. Lun. Mart. et Jov. hora IV. de Shakspeario Britannico poëta publice disseret; III. privatum senis diebus hora IX. historiam philosophiae enarrabit.

---

## LECTIONES PROFESSORUM PUBLIC. EXTRAORDINARIORUM.

---

D. HENRICUS HAEVERNICK *publice* psalmos selectos interpretabitur *bis p. h. h. II. Privatim* 1) introductionem historico-criticam in libros canonicos et apocryphos V. T. tradet *quinquies p. h. h. XI.*; 2) encyclopaediam et methodologiam theologicam docebit *quater p. h. h. VIII. Privatisse* exercitationes in selectis V. T. locis interpretandis moderabitur.

D. C. KRAUEL 1) privatim docebit artem obstetriciam *quinquies per hebd. hor. III.*; 2) exercitationes practicas in clinico obstetricio moderabitur *h. X.*

D. FRIDERICUS FRANCKE publice: 1) lineamenta criticis rationis designabit, ternis diebus *h. III.*; 2) anthropologiam psychicam explicabit, quinis diebus, *h. IX.*; privatim 3) historiam philosophiae, ratione rectae methodi habita, enarrabit, quinis diebus *h. X.* et 4) arithmetices universalis primam partem, quaternis dd. *h. II.*, demonstrabit.

D. GEORGIUS NICOLAUS BUSCH publice binis diebus *h. III.* Taciti Annales interpretari perget. Privatim 1) quaternis diebus *h. III.* antiquitatum Romanarum primam partem illustrabit; 2) quaternis diebus *h. IV.* de syntaxi linguae Graecae disseret; 3) binis diebus *h. VIII.* Aeschyli Persas interpretabitur. Praeterea exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.

D. EDUARDUS SCHMIDT tradet: 1) privatim logicen, quaternis *p. h. diebus h. III.*; 2) privatim encyclopaediam disciplinarum philosophicarum *quinquies h. IV.*; 3) publice historiam literariam aevi recentissimi, in primis in Germania, *bis p. h. h. V.*

---

## LECTIONES DOCTORUM PRIVATORUM.

---

### THEOLOGICAE.

Licent. JULIUS WIGGERS, phil. Dr., 1) *gratis* binis dd. hora III. *historiam patriam ecclesiasticam* enarrabit; 2) *privatim* quaternis dd. *h. XI.* *theologiam symbolicam* praecipiet; 3) *privatim* quaternis dd. *h. X.* Pauli epistolam ad Romanos interpretabitur.

## JURIDICAE.

D. JOANNES GODOFREDUS BERG tradet 1) praxin juris Megapolitani publici et privati, 2) doctrinam de actionibus et exceptionibus, 3) artem ex Actis judicialibus referendi, reos defendendi et negotia Notariorum expediendi.

D. THEOPHILUS HENRICUS FRIDERICUS GAEDCKE lectiones suas iusto tempore indicabit.

## MEDICAE.

GEORGIUS FRIDERICUS MOST, D. Med. et Philos., docebit: 1) Medicinam forensem, 2) Pathologiam et Therapiam generalem, 3) Artem obstetriciam. Caeterum offert cupientibus examinatoria et repetitoria medico-practica.

D. JO. FRID. GUIL. LESENBERG hasce lectiones offert: 1) encyclopaediam et methodogiam artis medicae, 2) artem obstetriciam, 3) chirurgiam, 4) repetitoria et examinatoria quarumvis artis medicae partium.

D. CAROLUS HANMANN gratis de cognoscendis et curandis morbis aurium disseret, 2) privatim therapiam specialem morborum acutorum et chronicorum, 3) chirurgiam, 4) ophthalmiam docebit. Neque iis deerit, qui operationibus ophthalmicis privatissime institui voluerint.

D. JOANNES SCHROEDER pathologiam et therapiam morborum psychicorum audituris tradet.

D. LUDOVICUS DRAGENDORFF 1) docebit artem obstetriciam sexies p. h.; 2) privatissime in operationibus obstetriciis exercendis et hysteroplasmatibus explorandis auditores erudit; 3) examinatoria et repetitoria cupientibus offert.

## PHILOSOPHICAE.

D. CAROLUS WEINHOLTZ lectiones suas iusto tempore indicabit.

*Bibliotheca* h. XII — I quotidie, festo die et Solis excepto, *Museum* vero die Lunae h. II — IV Commilitonibus nostris aliisque aperiuntur. Conferatur §. 1. legum de usu Bibliothecae nostrae recens scriptarum. *Gallicam, Anglicam,* aliasque linguas exoticas discendi occasio non deficit. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem *equitandi, pingendi* et *musicam* doceant.

*Domicilia commoda* quaerentibus monstrabit J. H. Schulze, Academiae nuncius juratus.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

*Gustavus Fridericus Wiggers, Ph. et Th. D.*

Praesidet ordini Theologorum *C. F. A. Fritzsche, Ph.*

*et Th. D. — Jurisconsultorum F. Kämmerer, J. U. et*

*Ph. D. — Medicorum H. Spitta, M. D. — Philosophorum C. Türk, Ph. et J. U. D.*